peccatis: de⁹ eis illa peccata dimitteret et
gratiā infundendi robur resistendi demo-
ni tribueret: et sic eos ad peccandum nemo
cogere posset vel mouere localiter. Igitur
nō est mirum si in potestate demonis sunt
positi: si eorum dñs sc̄z diabolus eis domi-
natur: et eos trahit ad libitum. Exēplū pa-
tet in nauī pdito gubernaculo: que ad libi-
tum proijcitur. Dubitať. An est aut q̄s fa-
cit illos strepitus qui quandoq̄ audiūtur
in domib⁹ vbi proijciūtur lapides vel con-
mittant impulsatiōes: Respondeť fm̄ Guil-
helmū et Cassianū in collationib⁹ patruz:
q̄ ista vt frequēter fiūt opere demonū: qui
plus nocere hominib⁹ pro tunc nō possunt
q̄ sunt ligati diuina virtute. Aliquādo eti-
am fiūt per studiū malignoz hominū: qui
domos volūt euacuari hominibus vel lu-
crari temporalia sub titulo false apparitio

A nis animarum: vel fiunt per bonos et lascivos socios qui insequuntur ancillas aut dominas sub specie animarum. Vel fieri possunt ex curiositate hominum volentium terrere christiana nos ex ioco. Anime enim dante non possunt talia facere: quia non legunt eis admissum. Anime autem que sunt in purgatorio sunt in charitate: ergo eis talia trifactoria et inutilia non conveniunt. Sed cum decidissent anime de purgatorio: forte tunc tales anime utilia et salubria opera facerent et se ostenderent ut sic a vivis suffragia peterent: sicut beatus Gregorius ponit exemplum in. iiii. dialo. Ergo non est dubium: quin demones ut frequenter tales iniquitates faciant. Nam legitur in Chronica Hermanni Anno domini. d. ccc. lv. In civitate maguntina maligni spiritus ad ostia domorum currebant: qui malleis pulsando et aliquando lapidibus hostes excitando plurimas domos incenderunt. Quinto noncent hominibus in usu rationis: sicut patet in obsessis. Hec ars sicut magica est valde periculosa. Primo quia est a demonibus inventa. sicut dicit Augustinus. lib. xi. de civi. dei c. vi. Neque enim potuit nisi primum ipsis doctis disci: quid quisque illorum appetat: quid exhorreat: quo inuitetur nomine: quo cogatur. Unde magice artes eorumque artifices extiterunt. Hec Augustinus. xxvi. q. ii. qui sine salvatore. Ubi dicitur. Hec vanitas magicarum artium ex traditione malorum angelorum in toto terrarum orbe plurimis seculis valuit. Hec ibi. Ex hoc patet quod ars magica non est ars proprie: sed deceptio demonis. Neque per modum artis traditur potest: quia talis invocatio fit per diversa ad placitum signata: nullam veritatem seu virtutem super demones habentia. Unde Augustinus. de civi. dei. xxj. dicit quod demones allicuntur per creaturas que non ipse sed deus condidit. Hec ille. Idem Augustinus. xxj. de civi. dei. c. xliij. Zoroastes demonum instinctu dicitur primus invenisse artes magicas dicens. Nam ipse solus quando natus est fertur risisse. Hec ei boni aliquid monstrorosis ille portendit. Nam magicarum artium fuisse prohibetur inuentione. Hec ille. Dubitatur cur plus mulieres et vetule se occupant in maleficiis quam viri? Respondetur quod mulieres citius credunt diabolo quam viri: et

facilius possunt decipi quam viri a diabolo. Secundo: quia minus viget ratio et intelligentia: hinc est quod ipse magis sunt superstitionibus illaqueate. Ideoque maligna suggestione cogitatum est a diabolo: quod quedam verba maximam sanitatem pretendunt commiseri solent et obsecrationes et auditu stupeda: sicut per incarnationem domini: per passionem eiusdem: per viscera misericordie dei: per sanguinem: per sudorem: per quinque vulnera: aut per appositionem euangelij Johannis. s. In principio erat verbum. Tunc circa ieiunia et orones que fiunt cum quibusdam prece noster et Ave maria gratia plena: que omnia fiunt ut latens venenum magis pallietur. Et ex hoc diuinitates et malefici se volunt excusare dicentes: quod ibi sunt verba sanctissima que diabolus utique sperneret: et ergo diabolicum non est. Ecce fraudem et dolus diaboli qui primos decepit parentes dicens. Nequaquam moriemini: sed eritis sicut dii. Sic hic. Nequaquam est malum: cum tot verba sancta proferantur. Et hoc magnam nequam est: sic nomen domini inuanum polluto ore et maledicto tractare. Viri ergo qui pre ceteris sunt et debent esse prestantiores: talibus maleficiis fidem non adhibeant. Secundo est periculosa: quia est contra legem diuinam: ut patet Deutero. xvij. Quando ingressus fueris terram: quam dominus deus tuus daturus est tibi: caue ne imiteris abominationes gentium illarum: nec inuenias in te qui iustret filium aut filiam suam ducens per ignem. Sequitur ibidem. Nec sit maleficus nec incantator. Sequitur. Hec omnia abominatur dominus: et propter hominum scelera delebit eos in introitu terre. Ideo multa mala induxit dominus super filios israel: eo quod inuoluntati erant illis artibus. ut patet. ij. Paralip. xxvij. ubi dicitur. quod rex manasses observabat somnia: et sectabatur auguria: maleficis artibus inserviebat: et habebat secum magos et incantatores etc. Sequitur infra. Idcirco induxit super eos principes et exercitus regis assyriorum ceperunt manassen et vinculum cathenis atque compedibus duxerunt cum in babilonem. Hec ibi. Ex hoc patet quod coitates debent esse sollicitae ad hanc pestem mortiferam et deo odibilem extirpan

Preceptum primum

Edam: ne deus totam cōitatem plagaret: q̄ non vult eam dimittere impunitā. fm illud Malach. iij. Accedam ad vos in iudicio: et ero testis velox maleficis et adulteris et per iuris etc. Sed cur deus sic per eos hoies permittit decipi? Respondetur fm Aug. lib. de ciui. dei. et ponit. xxvj. q. v. c. Hec mirum. vbi dicit Aug. His portētis per demonū fallaciā illudēt curiositas hūana quādo illud imprudēter appetūt scire: quō nulla eis ratione competit. Hec p̄tās ideo datur im-
Sūdis spiritib⁹ vt puerfos sibi aptēt et pra uos homines seducāt illos. s. qui spernunt veritatē et credunt mendacio: et iuxta pauli sententia: sanam doctrinam non ferunt sed ad sua desideria coaceruant sibi magistros et prurientes auribus. Et a veritate quādam auditū auertūt: ad fabulas autē cōuertentē et onerati p̄ctis ducunt varijs desiderijs. Hec Aug⁹. Sicut haec sūt demonis arte. Ideo dicit in legenda beati Bartholomei. q̄ erat in idolo asaroth demon q̄ dicit se curare languentes quos infirmos fecit et cecos quos ledebat etc. Et dicit in p̄fata legenda. q̄ erant sine vero deo: et ideo necesse erat vt a falso deo ludificarent: ipse enim sua arte infert dolores et infirmitates dāna et pericula in hoib⁹ et aialib⁹ eorū: et etiā in bonis tēporalib⁹: et dat responsa vt sacrificent ei: et q̄ ab eo recedent. In iustis enim pmittit in purgationē peccatorum eorum. In malis vt manifesti fiāt in quali fide sunt quemadmodū pmittit deus fieri hereses: vt electi probent: et nō credentes agnoscant. Tertio talis ars ē periculosa: quia ab ecclesia est reprobata. vtz. xxvj. q. ij. q̄ sine saluatore. vbi dicit. Omnis inquisitionis et omnis curatio que a diuinis vel magis ab ipsis demonibus et idolorū cultoribus expetitur: mors potius dicēda est q̄ vita et q̄ ea sectant: si se non correxerint ad eternā damnationem tendunt: q̄ oportet q̄ faciūt expressum vel tacitū pactū cum demone. Juxta illud Esa. xxvij. Dixistis percussimus fedus cum morte: et cū inferno fecimus pactū. Tales mulieres vel viri deberent cum scobis flagellari et expelli de ciuitate: vt alij caperent inde exemplū. Quarto sunt periculose artes ille: quia

sunt in legibus ciuilibus sub magna pena prohibite: quia eorū pena est decapitatio. Si accedūt ad domum alicuius debēt cremari. Item bona eorū debent publicari: vt p̄z. L. de maleficis et mathematicis. l. nullus. Ideo dicit Augustinus libro. vij. de ciuitate dei. c. xxxv. q̄ fuerunt ille artes prohibite ante christi aduētū in ciuitatibus gentiū. Quinto sunt periculose: quia ducūt hominē ad eternam damnationē. Cuius exemplum patet in Speculo historiali. libro xxv. ca. xxvj. q̄ in anglia fuit quedam mulier malefica. Luz quadā die cōuiuaretur comicula quam habebat in delicijs vocalibus solito nescio quid comicata est. Quo audito. domine cultellus de manu cecidit simul et vultus eius expalluit. Ingemiscens diutissime ait. Hodie ad vltimum sulcū peruenit aratrū meum. Hodie audiam et accipiā grande incōmodū. Adhuc ea loquente venit ad eam nuncius: dicens. Hodie mortuus est filius tuus et tota familia subita ruina interijt. Quo audito continuo dolore sauciata decubuit: vocariq̄ p̄cepit superstitēs liberos. i. filios monachum et monacham. Quibus singultitēdo ait. Ego miserabili quodā fato meo demoniacis artibus semper inferui ego vicioz oim sentina et illecebarū magistra fui: et sperabam tū in religione vestra: ah me ipsa desperavi. Nūc ergo quia scio me demones habiturā exactores in pena: quos habui suasores in culpa rogo vos per materna viscera vt mea tēptetis alleuare tormenta. Nam de aia mea sniam dānatiōis nō reuocabitis. Corpus ḡ meū insuite in corio ceruino: et includite in lapideo sarcofago et operculū ferro et plumbo circumstringite et lapidem ipsum tribus magnis catenis circumdate. Si tribus noctib⁹ ita secure iacuero quarta die infodietis me in humo: quāq̄ vester ar ne terra velit me recipere propter maleficia mea. Psalmicines quinquaginta sint in noctibus et misse cantent pro me tot diebus. Factū est vt preceperat et nihil valuit. Primum enim duabus noctibus cum chori clericorū ps. canerent circa corpus singulī demones ostiū ecclesie immani obice clausum: cui negotio confringentes duas ca-

Athenas extremas diruperunt media que operosior elaborata erat illibata duravit. Tertia nocte circa gallicantu strepitu aduenientiu hostium omne monasteriu visuz est a fundamentis moueri. Unus aut ceteris vultu terribilioz 7 statura celsioz: lanuas maiori vi concussas in fragmenta deiecit 7 arroganti gestu accessit ad sarcophagu in clamatoz nomine vt surgeret imperauit. Qua respondente. Nequeo pie vinculis. Solueris inquit malo tuo: statimqz cathenam: que ceteroz ferociam clauserat nullo conamine vt stuppa dirupit operculum tumbae pede depulit: 7 apprehensam manu palam omnibus ab ecclesia extraxit ad fores vbi paratus erat equus niger: super quez misera illa imposita 7 mox ab oculis intuentium cum toto sodalicio disparuit. Audiebantur tu clamores miserabiles p quatuor fere miliaria.

De incantatoribus.

Sunt qui transgrediuntur hoc preceptum sunt incantatores. Et dicuntur incantatores: quia arte verbis peragunt. vtz. xxvj. q. iij. ca. Igitur gen^o diuinationis: vt sunt carminatrices. Querit vñ ortu habeat bñdictiones 7 carminationes q̄s vetule hodie sup infirmos 7 etiã viri q̄dam faciunt. Respondez q̄ p̄ncipiũ hõz fuit sacratissimũ. Nam apli 7 etiã viri sancti aliqñ sm illud Marci. vlti. In nomine meo demonia eiiciet 7 sup egros manus imponent 7 bene habebunt infirmos visitauerunt 7 ofones super eos 7 sacra verba ptulerunt: deinde deuoti sacerdotes similia rite pegerunt: ppter qd̄ deuotissime ofones 7 exorcismi sc̄ti repiunt hodie in antiq̄s ecclesijs ad oia q̄ homines facere 7 pati poterant p deuotos viros: applicati olim 7 sine ol̄ supstitiõ. Sz nũc supstitiosi hoies ex instinctu diaboli multa vana et illicita inuenerunt: q̄bus hodie vtunt circa infirmos homines 7 iumenta q̄ omni modo sunt falsa 7 cõtra fidẽ catholicã. Et sic grauitè peccant ille psone q̄ sic carminant pueros 7 etiã pecora. Querit vtrũ licitũ sit nomẽ iesu in lamina vel in carta scriptũ ligare ad collũ hois 7 tra ifirmitatẽ vl̄ morbu: Aidez q̄ nõ per decretũ. xxvj. q. iij. Si

q̄s ariolos. vbi d̄r. Si q̄s talibus philacterijs vsus fuerit anathema sit. Itẽz si q̄stio esset vera sequerẽt q̄ liceret morbos hoim vl̄ aialiu p sacra p̄ba adiurare. Cõsequẽs est falsum. Et oppositũ sepi^o p̄bat. In contrariũ est. Non minus licet portare nomen iesu ch̄ri ad collũ ligatũ q̄ figurã ad frontẽ: sed sc̄dm est licitũ ḡ 7 primũ. An̄s ptz in autentica legenda sancti edmũdi archiepi cantuariẽsi. q̄ dũ esset studẽs 7 quadã vice socios suos prederet solitarius in prato subito velut a summo celi cardine speciosus forma p̄ filijs hoim dñs iesus ch̄s lapsus est in forma pueri 7 sc̄tm edmundum simplici salutatiõẽ p̄uenit dicẽs. Saluemi dilecte. Et ab eo requisitũ an ipsuz cognosceret. Et rĩdit. Non. Tũc puer iesus. Mirabile est q̄ non me cognoscis cum in scholis sedeam a dextris tuis. Et adiecit. Respice in facie meã. Quõ cum ille fecisset repperit in facie ei^o illud bñdictum nomen sine titulo hois exaratu Iesus nazaren^o. Subdit puer. Scribe hoc nomen meum in frõte tuo singulis noctibus 7 a cunctis malis me ptegete eris secur^o. Itẽ in legenda bñ Bernardi legit q̄ cũ ipse bñs Bernardus efecisset demonũ de q̄dam muliere 7 recessisset: demon itẽz illam mulierẽ inuaderet. Tũc vir mulieris currens ad sanctũ Bernardũ qd̄ acciderat et indicauit. Statim bñs bernardus collo eius precepit aligari cartã p̄tinentẽ hec p̄ba. In nomine dñi iesu ch̄ri p̄cipio tibi demon vt amodo hanc mulierem contingere non presumas. Ergo p rĩsione ad dubiũ ponã distinctiõnem. Et secundo subiungã per documenta respõsionem. Est ergo notandũ q̄ triplex scriptura potest scribi in cartulis que ad collum ligantur. Ana est scriptura non continens nisi verba diuina: quoz signifi-cata cõmuniter habentur sine caracterib^o ignotis 7 admixtione aliquozũ verborum quoz nomia cõiter non habent: vt si quis scriberet ad illas cartas euangelium ioannis. In principio erat verbum 7 ofonem dominicam. Secundo põt esse scriptura contraria huic continens cõtraria verba supstitiosa 7 caracteres ignotos 7 fictos 7 hmõi. Tertio potest esse scriptura m̄

Preceptum primum

Erit ex his duobus: que contineat verba bona et mala et deuota et superstitiosa: qualia sunt nomina demonum cum signis fictis et characteribus ignotis. Et sicut distinxit de triplici scriptura: ita potest distingui de triplici platone scripturarum contra aliquod malum fugandum vel aliquod bonum procurandum. Ista distinctionem ponit archidiaconus in responsorio suo super canone. non liceat. xxvj. q. v. **I**stis suppositis sit hoc primum documentum. **D**ia breuia exarata continentia verba superstitiosa sunt simpliciter prohibita atque damnosa. Probat per illud. xxvj. q. v. c. Si quis arolos. ubi dicit. Si quis homini phylacterijs usus fuerit anathema sit: sicut quidam portant in collo aut in bursa cartulas cum multis characteribus et verbis ignotis habentes fidei in his quasi illas portant: quod non corroborant aut suspendantur aut submergantur aut non captiuentur ab inimicis suis vel diligantur a mulieribus. Sed illi tot demones secum portant: quot nomina ibi sunt ignota in illis literis et cartulis. **I**sti peccant primo contra diuinam legem: que dicit beatus vir qui sperat in eo scilicet deo. Sed isti spem suam ponunt in istis cartulis: quasi in illis sit aliquid numinis. De quibus **E**saie. xxvij. Posuimus mendaciam spem nostram. Secundo peccant contra legem canonicam que ponitur. xxvj. q. v. c. Si quis arolos. Idem dicit beatus Augustinus: et ponuntur eius verba. xxvj. q. ij. Ad genus superstitionis et magice artis pertinent omnes ligature atque remedia: que medicorum disciplina condemnat: siue in quibusdam precantationibus siue notis que characteres vocant: siue in quibusdam rebus suspendendis in collo atque ligandis. Tertio peccant contra naturam: quia isti characteres aut verba ignota quedam producant effectum. Aut ergo hoc habent a natura aut a dignitate aut ab institutione diuina. Primo non a natura: quia tunc omnibus portantibus ea prodesse: quia quod inest a natura ubique et semper inest. Sed hoc est falsum: quia solum profunt aliquando illis que adhibentur fidei: quod fit quodam pacto implicito demonum. Noui enim quandam mulierem que patiebatur dolorem oculorum. Accessit autem scholas interrogans an ne ibi esset scho-

laris sciens scribere litteram contra infirmitatem oculorum: que etiam permisit propter penam. Venit vnus dicens se scire scribere talem litteram: quam et scripsit et clausit: ligans eam in quodam panno precipiens ei quod non aperiret. Mulier autem accipiens illam litteram portauit et sanata fuit. Finaliter autem volens scire scripturam illius littere et virtutem verborum aperuit eam: et eundem tradidit ad legendum. Continabat enim verba ignota et scandalosa cum characteribus: et in fine fuit scriptum. **D**ia bolus eruat tibi oculos: et reimponat tibi lutum in eos. Sed vnde habuit sanitatem nisi a demone: quia adhibuit fidem huic littere. Secundo illa verba non habent hoc a dignitate: quia tunc dignius esset portare patris noster quod fecit Christus aut euangelium iohannis. Tertio non habent hoc ex institutione sicut verba quibus consecratur corpus Christi. Talia ergo scripta sunt totaliter repudianda. Unde dicit Augustinus. libro. vij. de ciuitate dei ca. xxxiij. quod quidam custos porcorum reperit vnum librum continentem scripturam penitentiam: quem liber fuit allatus ad consulum romanorum: quem consulatus destruxit ne veniret ad noticiam aliorum et inficeret eos. Si hoc gentiles: quod non faceret Christiani? Legitur Act. xix. quod multi ex eis qui fuerant ephesi contulerant libros et combusserunt coram omnibus: et computato precio eorum inueniuntur pecuniam denariorum quinquaginta milium. Ita fortiter crescebat verbum dei et confirmabatur. Si hoc fecerunt illi de libris dei aboli et inutilibus: quid facere non deberent Christiani? Hodie per dolor apud quosdam Christianos magis comparantur scripture fabulose: quam religiose: et prophane quam sane. Audiui quod quidam voluit vendere librum artis magice pro mille florenis: et alius emit. **S**ecundum documentum. Omnes cartule et ligature continent nomina Christi et verba scriptura: sunt culpabiles: si eis iungantur characteres ignoti atque verba superstitiosa. Probat per Augustinum super Iohannem. sermone. vij. Singunt inquit spiritus maligni umbras quasdam honoris sibi metipsis: ut sic decipiant eos qui sequuntur Christum. Sequitur. Ita non possunt seducere Christianos ut det venenum. Ergo addunt mellis aliquid: ut per illud quod dulce

H est: lateat illud quod amarum est. Hæc Aug. Idem tenet archidiaconus in rosario. xxvj. q. vlti. c. Non obseruetis. vbi dicit. Qui in collectionibus herbarum carmina dicunt aut plectatolias pro quavis infirmitate scriptas super homines aut animalia ponunt propter simbolium: scilicet Credo in deum prepotentem creatorem celi et terre et in Iesum christum filium eius unicum dominum verum et cetera. Et orationem dominicam. Pater noster qui es in celis sanctificetur nomen tuum et cetera. Sequitur. Sciant se fide christianam perauaricasse. Noui mulierem que voluit facere diuortium inter duos se mutuo amantes propter quod deberet salariari: scripsit in cartulis duos caracteres ignotos cum tamen alijs deuotis verbis et cetera. Et dedit cartulas ut portaretur: et nulla sequitur diuorsio. Secundo scripsit hæc eadem in caseo: et dedit illis ad comedendum. Accepit pullum nigrum et diuisit per medietatem: et obtulit unam partem diabolo: et aliam dedit ad comedendum illis duobus. Tunc sequebatur maximam odium inter eos sic quod unus alium videre non poterat. Unde hoc: nisi quia demon habuit tunc offertorium suum. Ergo in illis caracteribus ignotis semper fit cum demone pactus implicitus vel explicitus. Ex his patet correlariæ: quod grauiter peccant illi qui sapientes volunt fieri per artem notoriam. Ideo sanctus Thomas secunda secunde. q. lxxxvj. arti. i. Dicit quod ars notoria inefficax est et illicita: quia vititur quibusdam ad scientiam requirendam: que non habent finem se virtutem cauandam sciã: sicut in inspectione quarundam figurarum: et in platione quorundam ignotorum nominum. Ideo homo ars non vititur his ut causis: sed ut signis non diuinitus institutis sicut sacra: sed a demonibus. Et infra dicit ibidem. Etiam homo ars inefficax est ad sciã acquirendam: quia non fit per modum naturalem hominis sed adinuentione vel addiscendo. Ergo ille effectus expectat a deo vel a demonibus. A deo sicut Salomon. iij. Regum. iij. Et christus discipulis dicens Luce. xxi. Ecce ego vado ad uos et sapiam: quibus non possunt resistere omnes aduersarii vestri: sed demon non potest illuminare intellectum hominis ergo. Tertium est documentum: quod herbas virtuosas sine additione superstitio-

forum verborum licitum est ad colla suspendere infirmorum: probatur. Sicut se habent lapides virtuosos contra certas infirmitates: sic se videtur habere multe herbe contra infirmitates: scilicet lapides preciosi propter eorum virtutes licite in collo suspenduntur aut in anulo portantur. Hæc dicit archidiaconus in rosario. xxvj. q. iij. non liceat: quod ex illo capso colligitur quod in herbis est virtus sic et in verbis. Et infra. Hæc mirum si est in lapidibus. Rationem multiplicem huius assignat Albertus in libro mineralium. Pro cuius confirmatiõne recitat magister in scholastica historia super Exodus. ca. v. quod cum filia regis ethiopi nomine thaurum maxime diligeret moysen nolens eius presentia carere: ipse moyses vir peritus astrologum duas sculpsit imagines: unam memorie: aliam obliuionis: et anulis eas inseruit: quarum unam scilicet memorie obtinuit: et aliam filie regis dedit. Sic quod illa virtute lapidis et imaginis obliuiscerebat de moysen. Et licet multi lapides habeant diuersas virtutes contra diuersas infirmitates: multi tamen lapides preciosi reputantur plus ex fama et opinione hominum: quam ex veritate: putant prolixè produxit laureatus poeta Fracastorius petrarca lib. i. de remedio virtutis et fortune. c. xxxiiij. dicens. Si omnium que de his dicuntur aut scribuntur psalmi septima vera esset: sed nec septuagesima vera est neque profecto centesima: quod si ut Plinius ait: nulla fraus vite lucrosior: quam miretur si et nulla numerosior. Sequitur ibidem. Vulgi habent opinio ebrietati resistere ametistos. Parumne igitur cause sit: cur ebriosorum poculis hæc gemma deseruit. Sequitur. De qua triumphare sobrietas sola potest. Hæc ille. Sic etiam herbe virtuose possunt portari ad collum. Hæc est verum si sine aliqua superstitione portantur aut carpuntur: ut carpenda per anulum aureum aut argenteum: aut herba carpendo in die dominica aut infra missam. Si non carpatur: non deberet habere illam virtutem: hoc est superstitiosam: aut portare hanc herbam propter aliqua fortuita extrinsece ventura illicitum est. Unde Aug. lib. ij. de doctrina christiana. c. xxix. Aliud est inquit dicere. Illam herbam si biberis: venter tuus non dolebit. Et aliud est dicere. Illam herbam si collo suspenderis: venter tuus non dolebit.

Preceptum primum

E sibi probat contemperantia salubris: hic
supstitiosa significatio dāna. Solent em̄
homines in almania in vigilia sancti Jo-
hānis baptiste portare in zonis aut cingu-
lis herbam que dicitur arthemisia. Ad qd
valeat nondum legi. Sed fertur qd fiat cō-
tra puncturā cuiusdam nescio avis vel ver-
mis. Illa naturaliter timet arthemisiaz:
quod ad collum portetur per modum ferti
vel cinguli. Si aut portet propter aliquem
euentum fortuitū a vetulis fūdicatum: pu-
to qd tunc sit supstitiosum talem herbā por-
tare. Unde archidiacon⁹ in rosario dicit,
xxvj. q. vij. c. Non licet cingere domus lau-
ro aut viriditate arborū non est peccatū:
nisi illis qui credūt aliquid sibi acquiri aut
deperire nisi hoc ipsi faciant ex consuetudi-
ne: alias condemnemus gallicos qui coro-
nas deferunt lauri. Unde dicebat Joānes
de deo: qd hoc intelligendum est cum
quis ponit in hoc spem p̄ter deum. Hec
archidiacon⁹. Sed qd est de illis qui por-
tant reliquias sanctorū ad collum. De illis
dictum est superius in sermone de adora-
tione sanctorum. Si portantur ex fiducia
dei et sanctorum non est illicitum. Sed si
portant nō ex fiducia dei: sed ponēdo spes
suam in aliqua creatura est illicitum. Di-
cit etiam illium medicine particula sc̄ba. c.
xxxiii. q. cum aliq̄s epilepticus. i. patiens
morbum caducum cū est in periculo: id
est in passione sua. Si aliquis ponit os su-
per aurē patētis: et dicat ter illos versus:
proculdubio statim surget. versus. Caspar
fert myrrham. Melchior thus. Baltha-
sar aurū. Hec tria qui secum portauerit no-
mina regum. Soluit a morbo dñi pietate
caduco. Et subdit ille autor. Si scribantur
et portent in collo: p̄fecte epilepticus cure-
tur. Dicit etiaz qd pater vel mater vel ami-
ci ieiunent tribus diebus: et postea vadant
ad ecclesiam et audiāt missam: et postea sa-
cerdos fidelis dicat illud euangeliū qd dī
in ieiunio quatuor tēporū p̄ festū exaltatiōis
crucis. vbi dicit. Erat spumās et stridens.
Et hoc genus demontōz non efficit nisi in
ieiunio et orōne. Postea sacerdos scribat
illud euangeliū et suspendat ei ad collum.
Proculdubio p̄fecte curet. Anglici etiam

confidentissime credūt et asserunt: qd si de
auro et argento: qd rex anglie offert super
crucē in die parascēues: fiat anulus qd cito
epileptico ponit ad digitum in passione
existens tam cito surgit: et nunq̄ plus pati-
tur qd diu tenet anulum in digito. Si quis
etiam haberet anulum talem et non daret
patienti si videret iacentem statim anulus
perderet illam virtutem. Et his sequitur
qd licitum est bibliam seu euangeliū pone-
re subtus membrum infirmoz. Patet per
Augustinū omel. vij. super iohannē super
illud iohannis. Rabbi quod interpretatur
magister. Nam cum caput inquit tibi do-
let laudamus si euangeliū ad caput posue-
ris et nō ad ligaturā cruris. Sequit infra.
Si ergo euangeliū ad caput ponit vt quie-
scat dolor capitis: ad cor vero ponitur vt
sanet a peccatis. Hec Augustinus vbi su-
pra. Documentū quartum. Contra mor-
bum hominū v̄ animalū licite adhibetur
christi nominis invocatio aut deuote orō-
nis vel adiurationis suffragiū presupposi-
ta illa tripl̄ci distinctione in primo dicto.
Sicut potest fieri tripliciter in scriptura:
sic etiā in prolatione verborū. Patet. Nam
Act. iij. habet. Petrus et Iohānes ascen-
derunt in templum et in nomine Iesu christi
claudum curabant dīcedo. In nomine
iesu christi surge et ambula. Idē patz de ora-
tione contra dolorē vel morbū per beatum
Augustinū. ix. cōf. ca. iij. qui ad dolores
dentium precibus et orationibus amicorū
suorum fuit liberatus: dolore inquit denti-
um tunc cruciabas me: et cum intantū in-
gravesceret vt non valerem loqui: ascēdit
in cor meū admonere omnes amicos me-
os qui aderāt: vt des̄carent pro me deum
salutis omnimodo. Et scripsi hoc in cera: et
dedi eis vt legerent. Hec vt genua suppli-
ci affectu flexim⁹ fugit dolor ille. Hec Au-
gustinus. Idē patet in legenda Tiburtij
et Susanne. Cum Tiburtius quadam die
transiret: occurr̄t homini qui de alto lap-
sus fuerat: et ita caput et omnia mēbra qual-
sauerat: vt de sola sepultura ei⁹ ageretur
iuxta quem ipse accessit: et cepit dicere su-
per vulnera eius orationē dominicam et
symbolū. Et ita factus est homo solidatis

membris et incolumis quasi nihil contigisset ei mali. Tertio non minus est licitum ut certis orationibus deuotis sine admixtione superstitiosorum verborum ad expellendum corporalem morbum quam ad expellendum demonem et malignum spiritum. Sed per orationem deuotam demonem expellere licitum est: quod maior est vera. Adhuc patet ex consuetudine ecclesie que ante baptismum puerorum utitur adiurationibus quibus demon expellitur. Et Christus Marci vlti. dixit. In nomine meo demonia eicient. Et. xxiiij. q. j. si per sortitias. Ibi dicitur quod maleficia debent curari per exorcismos. Tertio licitum est deus adiurare pro sanitate mentis et corporis ut deus liberet nos a malo mentis et corporis. Ideo dicimus. Per mysterium sancte incarnationis tue. Libera nos domine. Per natiuitatem tuam. Libera nos domine. Per circumcisionem et oblationem tuam. Libera nos domine. Per baptismum et ieiunium tuum. Libera nos domine. Per passionem et crucem tuam. Libera nos domine. Per mortem et sepulturam tuam. Libera nos domine. Tales orationes dicuntur adiurationes et obsecrationes. Ergo supra vulnus vel contra febres possunt licite dici. Iesu christe pro vulnera tua rogo te: ut vulnus hoc hominis vel animalis sanes. Sicut socrum symonis liberasti a febribus: ita hunc hominem sine tui nominis ignotis et signis superstitiosis qualia signa nonnunquam antique vetule facere solent. An magister in scholastica historia super actibus apostolorum. c. xix. dicit quod apud thebanas quidam cecus coram paulo et dionysio transiit. Et dixit dionysius paulo. Si dixeris illi ceco. In nomine christi Iesu vide et viderit: statim credam. Sed forte nosti verba magica cum quibus factus. Respondit paulus. ut tollas omnis suspitio dicas tu illa verba. In nomine iesu christi nati de virgine vide. Quod cum fecisset dionysius statim cecus vidit. Et credidit dionysius. Et factus est christianus. Nec tamen volo dicere: quod tam audacter et quasi preceptorie sicut apostoli dixerunt: dicere debet. Neque etiam omnes debent dicere indifferenter: sed solum viri sancti. Unde dicit Adonaldus in summa sua titulo de sortilegio. quod peccant mortaliter. Quid de carminantibus et car-

minatricibus quod carminant infirmos? Respondet. Si nil superstitiosum dant aut docent aut faciunt: sed tamen utuntur licitis precibus et adiurationibus: sicut per passionem et crucem et signa et si talia fecerint non peccant: nisi post exhibitionem factam ibi ab ecclesia. Sed tamen dicendum est: quod prohibendi sunt viri et mulieres a talibus: quia multa inutilia et superstitiosa solent admisceri: nisi forte sit sacerdos aut religiosus aut discretus aut etiam laicus siue vir siue mulier excellentis vite et probate discretionis: quia fusa oratio fit super infirmum: non super pomum et pirum aut cingulum aut similia. Iuxta illud Marci vlti. Super egros manus imponet et bene habebunt. Nec sunt homini persone prohibende a talibus: nisi forte quod ad exemplum illorum indiscreti et superstitiosi carminantes sibi usurpent abusum muniertes se exemplo illorum. Nec monaldus. Nam modernis temporibus carminatrices faciunt multas superstitiosas. Signant enim morbos hominum cum characteribus ignotis et verbis superstitiosis. Quedam enim vetule mesurant caput dolentis cum cingulo aut cum filo non bulito: dicendo in aure infirmi. Ignis non indiget calefactione et ceruisia non indiget potatione etc. aut alia verba et signa diabolica. Sed ecclesia inhibet illa: ut. xxvj. q. viij. ca. Admoneant fideles sacerdotes populos ut nouerint magicas artes incantationesque quibuslibet infirmis hominum nil posse remedij conferre. Non enim possunt animalibus languentibus claudicantibus vel etiam moribundis quicquam mederi sed esse hec laqueos et insidias antiqui hostis quibus ille perfidus genus hominum decipere nititur. Et si quis hec exercuerit si clericus degradetur: si laicus anathematizetur. Nec ille. Ibidem. c. non obseruetis. Nam demones sepe immittunt morbos in hominibus: ut tales carminatrices demonem inuocent et honorent: ut. xxvj. q. iij. ca. sciendum. et dicit Augustinus. Sciendum est illos plerumque prenucciare ea que ipsi facturi sunt. Accipiunt enim sepe potestatem morbos immittere: et ipsum aerem viciando morbidum reddere et pueris atque amatoribus terrenorum comodorum malefacta suadere. Nec ibi. Quod autem aerem possunt viciare: patet per Valerium libro primo de miraculis. vbi dicit. Triennio continuo vexata pestilens

Preceptum primum

Etia ciuitas romana: cum finem tanti mali tamq̄ diuturni neq̄ diuina miscōia: neq̄ humano auxilio imponi videretur cura sacerdotū inspectis sibillinis libris animaduertūt nō aliter pristinā recupare salubritatē posse: nisi ab epidauro insula esculapius. i. filius apollinis esset accersitus. Mithis itaq̄ legat̄ vnica fatalis remedij opem auctoritate sua: que iam erat in terris amplissima simulachrū romani portauerūt & statim pestis cessauit. hec Valerius. Audiui de q̄dam medico peritissimo: q̄ debebat curare vnū habentē tibiam putridam: adhibuit om̄e genus medicaminis ad curandum: sed finaliter nō potuit. Quo dimisso adducta fuit vna vetula que suis carminibus tantū demonē infestauit: q̄ diabolus respōdit de crure dicēs: q̄ esset ibi ipsemet quintus in crure: & nulla arte posset expelli nisi p̄ artē illi⁹ vetule: que demones inde expulit: & hominē in crure sanauit. Cur hoc diabolus fecit nisi perfidiam illius vetule confortaret & cōfirmaret. Noui quendam in italia qui habuit illam gratiā: si tñ gratia debeat dici: qui sanauit om̄es epilepticos cum quibusdam verbis & signis legēdo euangelium super eos: quod legit̄ feria quarta in quatuor tēporibus: vbi dicit̄. Et erat spumans & stridens & c. legēdo illud versus quatuor partes mundi. Litatus fuit tandē p̄ suos superiores: & interrogat⁹ ab eis: quibus verbis & modis hoc p̄ficeret: dixit eis verba signa & modū: & patres viderunt q̄ multas superstitiones immiscuit & inhibuerunt sibi ne deinceps h̄ faceret.

Non adorabis deos alienos.

Septimi qui peccant contra illud preceptum sunt illi q̄ somnia obseruāt. De quibus Deutero. xvij. Non sit in te qui ariolos sciscitetur: nec qui obseruet somnia: sicut quidam gentiles: quibus demones in somnis apparuerunt reuelando eis futura. Hec vocatur diuinitio somniorum. Circa quod notādū: q̄ tribus modis contingit peccare circa somnia. **P**rimo credendo illud fantasma q̄ incubus dicitur fm̄ medicos: q̄ in somnis contingit: & appet q̄ sit q̄dā vetula antiqua calcās corpora: cadens super homines tanq̄ saccus

auene & multas alias fatuitates credunt vulgares de fantasmate: q̄ est sane fidei contrarium. Dicunt aut̄ medici q̄ euenit illis qui frequenter dormiūt resupini super nimia repletionē cibi & potus. Hec euenit ex vapore corrupto & a calore resoluto op̄ pilans & aggrauans cerebrum & cor: ita q̄ spiritus plenarie non potest se diffundere ad totum corpus: imo primo deficit spiritus in extremis. Ideo videtur patienti: q̄ illud fantasma incipit ascendere a pedib⁹ & inde ad totum corpus. Qui enim ista frequenter accidunt nisi mediat̄ aliquid istorum: incurrit aut̄ apoplexiam aut̄ spasmus aut̄ paralysim aut̄ mortem subitanam.

Secundo peccant: qui credunt ea q̄ sūt in somnis vera esse & veraciter fieri. Sicut quedam vetule fatent̄ se cum diana paganorum dea vel herodiada cum innumera multitudine mulierum super quibusdam bestiis: nocturnis horis multarū terrarū spacia pertransire & eius iussioni velut dominic obedire. Tisserūt etiam ab illis creaturis se in melius vel deterius cōmutari: aut in aliā spēm vel similem posse transformari. De quibus dicit̄. xxvj. q. v. c. episcopi corūq̄. Ubi dicit̄ decretum. Si quidem ipse sathanas qui transfiguratur se in angelum lucis: cum mentē cuiusq̄ mulieris ceperit & hanc per infidelitatē sibi subiugauerit illico trāformatur se in diuersarū species personarum atq̄ similitudines: & mentem quam captiuam tenet in somnis deludens modo leta: modo tristia: modo cognitas: modo incognitas personas ostendens per deuia queq̄ deducit. Et cum solus spiritus hoc patit̄ infidelis: hoc nō in ania: sed in corpe euenire opinat̄. Quis em̄ in somnis & nocturnis visionibus non extra se ipsum educitur: & multa videt dormiendo que nunq̄ vigilando viderat? Quis enim tam stultus & hebes sit qui hec om̄ia que i solo spū sūt etiā in corpore accidere arbitratur? Quis ezechiel visiones dñi in spiritu: non in corpore vidit & audiuit: sicut ipse dicit. Statim fui in spiritu. Et paulus nō audet se raptū in corpe dicere. Sequitur. Qui talia credit & his similia pdit fidem & qui rectam fidem non habet h̄c nō est eius

sed illius in quē credit id est diaboli. Nam
 de dño scriptum est. Omnia per ipsuz facta
 sunt. Quisquis ergo credit posse fieri ali-
 quam creaturā: aut in melius aut in dete-
 riorius commutari aut transformari in aliam
 speciem vel in aliam similitudinem: nisi ab
 ipso creatore: qui omnia fecit: et per quem
 omnia facta sunt: nculdubio infidelis est et
 pagano deterior. Hęc ille. Stulte sunt er-
 go mulieres aut viri: qui credunt illa vera
 esse. Aliqñ em̄ videtur alicui laico in som-
 nis q̄ sit ep̄us aut sacerdos: nunquid eu-
 gilians propter hoc est sacerdos aut ep̄us.
 Ponit Joānes quiddam exemplum q̄ q̄daz
 frater ordinis heremitarum sancti Augu-
 stini intrauit vnā villam vbi inuenit vnā
 feminam dicte opinionis. Cum frater ille
 perfidiā verbis conaret expellere: illa p̄ti-
 naciter se credere plus affirmavit. Cui fra-
 ter. Sinas me esse p̄sentē cum de proximo
 recedas. Respondit illa. Ita si placet me
 recedente videas p̄sentibus etiam tesib⁹
 idoneis. Igitur vt deliram illam zelator
 animarū couinceret: adueniente die re-
 cesus quē vetula p̄fixerat affuit ille frater cū
 fide dignis hominibus. Et illa cubellaz in
 qua pasta formari solet supra scānum po-
 sitam intrauit: et vt sederet cepit dicere ap-
 plicatis verbis maleficis et vnguento re-
 clinato capite obdormiuit: statim ope de-
 monis ad cōfirmandā p̄fidiam somnia de
 dña veneris habuit et alijs superstitionib⁹
 et in iubilo quodam cepit clamare cum mo-
 tibus corpis: et cubella cecidit de scanno
 et caput modicū cōtrivit. Frater ille clama-
 uit iam euigilatā dicens. Abi queso es an-
 cum diana fuisti q̄ testimonio p̄sentiu nun-
 q̄ de cubella recessisti. Et sic ab errore fuit
 reuocata. Contra hunc errorem videt vale-
 re: q̄ in vita beati Germani altifiodoren-
 sis legit: q̄ cū declinasset ad quoddā hospī-
 tiū vidit cū omnes de domo cenassent men-
 sam iterū preparari. Qui cū adiuratus in-
 quisiuisset quibus talia p̄pararent. Dicunt
 ei: q̄ bonis mulieribus que de nocte inee-
 debant. Unde vir sanctus vigilans cum
 demones in forma aduenissent humana et
 ad mensam sedissent illam. Illis qui de do-
 mo erant in lectis suis quiescentibus vir

sanctus surrexit: et demones abire nō per-
 mittens: excitauit eos qui de domo erant
 inquirens ab eis si personas illas agnosce-
 rent. Qui rīderunt q̄ sic: addentes q̄ vici-
 ni erant eoz. Unde vir sanctus misit illos
 ad domos vicinorū vt viderent an essent
 ibi. Quod cū retulissent viro sancto ibi es-
 se: coegit demones indicare se ipsos: et cō-
 fessi sunt se demones esse: et sic hoībus illu-
 dere. ¶ Tertio peccant in somnijs: quia
 somnia obseruant diuīnantes. Contra il-
 lud Eccl̄. xxxiii. Somnia ne cures: som-
 nia extollunt imprudentes. Ibidem mul-
 tos errare fecerunt somnia: et exciderunt
 sperantes in illis. Unde quidam dum mul-
 tum attenderet somnis somniavit se diu-
 victurum. Cumq̄ multa bona congrega-
 set in annos plurimos repente defunctus
 est. Circa q̄d notādum: q̄ somnia fiunt sex
 modis fm̄ b̄t̄m Gregoriuz. iiii. dial. Primo
 ex corporis complexionē et repletionē: vna
 de q̄ in aliquo corpe abundat aliquis hu-
 mor accedens ad organū fantasie: tūc fan-
 tasia format idolū simile illi humori: et ap-
 paret hoī q̄ est in aqua: sic etiam contingit
 ebriosis: q̄ humor dulcis est et flegmatic⁹
 et descendit a capite et apparet hoī q̄ gustet
 dulcia. Si r̄ colera abundante somniat ho-
 mo frequēter de incendijs. Sic narrat Al-
 bertus quēdam somnia se picem ardentes
 fuisse infusam in ventrē ei⁹. Causa fuit q̄a
 in eo abundauit colera nigra ī magna quan-
 titate. Talia somnia sunt signa futuraz in-
 firmitatū. De talib⁹ informant medici ad
 iudicandū de cōditionibus infirmi. Secū-
 do causat ex frequenti cogitatione. Unde
 hoīes solliciti et cogitatiui circa aliqua ne-
 gocia frequenter somniant de eisdem. Et
 hec est causa: quare frequenter somniant
 de amicis suis. Et certius est de eis q̄ ex-
 traneis: quia amici maxime sunt solliciti
 de se inuicē. Tertio causat ex celestiu cor-
 porum influentia. Nam corpora celestia in-
 fluendo virtutem corporibus nostris alte-
 rant corda n̄ra in somnio. Et tūc contingit
 fantasiam sibi formare species et idola con-
 formia qualitib⁹ causatis in corpore a ce-
 lo. Et sic apparent aliqui effectus futuri si-
 cut de bellis vel pluuia. Sic musce percipi

Preceptum primum

Eant pluuia futurā z boues cū fortiter pun-
 gūt z illi auare comedūt. Quarto fiunt re-
 uelatiōe sanctorū angelorū: sicut ptz *Abat.*
ij. de angelo qui apparuit in somnis Jo-
 seph dicens. Accipe puerum z matrē eius
 z fuge in egyptum. Tale fuit somniū Sy-
 monidis: de quo narrat *Valerius* in lib. *j.*
c. iij. Symonides cum ad littus nauē ap-
 plicuisset inhumatūq; corpus iacens rep-
 perisset: z illud sepulture mādasset admo-
 nitus ab eo per somnium ne pximo die na-
 uigaret. Et sic in terra remansit. *Eliz* enim
 qui inde soluerant nauigando fluctibus z
 procellis in cōspectu eius obruti sunt. *Ipe*
 letus fuit q; vitam suam somnio redemit.
 Hoc somnium ab aliquo spiritu bono po-
 tuit fieri in recompensationē ipsius symo-
 nidis. Quinto oriūtur a malorū spirituum
 inspiratione: sicut ptz de vxore *Pilati*: que
 ociosa in die parasceues dormitauit z mul-
 ta passa fuit p visum: vt diabolus per gam
 chri passionē impediuisset. Unde manda-
 uit viro suo: dicens. Nihil tibi z iusto illi.
Abat. em̄ passa sum hodie per visum pro-
 pter eum. *Abat.* *xxvij.* Talia sunt somnia
 diuinatoz: qui faciunt pactum cum demo-
 ne. Isto modo est simpliciter diuinare illi-
 citū p somnia: non tñ primis quattuor: mo-
 dis. Sexto oriūnt diuina reuelatiōe: sicut
 somniū *ioseph*. *Gene.* *xxvij.* Audite som-
 niū meum. Sed est differentia. Aliquibus
 em̄ datur reuelatio rei future: sed nō intel-
 ligentia: sicut somnia *pincerne* z *pistoris*
 z somnia *Pharaonis* de septem bobus.
 Et alij oēs habuerūt reuelatiōē futuro-
 rum per somnia: sed nō intelligentiā. Alijs
 dat̄ reuelatio simul cum intelligentiā: sicut
Joseph qui interpretatus est somnia *pincerne*
 z *pistoris* z *Pharaonis*. Est igitur
 valde periculosum velle diuinare per som-
 nia ppter multa. Primo quia ignoramus
 quo spū nobis reuelant̄. An ab angelo bo-
 no aut malo aut a deo vel cōplexiōe. Sed
 quid de sanctis qui somnia tenuerūt z di-
 uinati sunt p somnia vt *Joseph* p angeluz
(Abat. *ij.* sic) monitus est in somnis. Et
 de *Joseph* *p̄tarcha*. z de *Hedeon* *Judt-*
cum. *vij.* z *Daniel* z c. Respondet *Grego.*
in. *iiij.* *li.* *diaf.* dicens q; sc̄ti viri talia som-

nia q̄ in eis diuinitus fiūt: a somnijs alijs
 que ex illusionibus demonū vel alia causa
 fiunt quodā sopore intimo vt nō decipian-
 tur discernunt. Sc̄do ppter inuidiā malorū
 rū spiritū: qui nitunt̄ ducere in errorem.
 Tertio ppter diuersitatē significatiōis.
 Quia aliqñ signū contrariū est illi qd̄ reue-
 lat̄. Aliqñ simile z sic de alijs. Ideo appli-
 cando ad vnū particulare statim decipit̄.
 Tale fuit somniū *Almichar*. De quo *Uale-*
rius *li.* *j.* *c.* *v.* dicit. Lū obsideret *Syracusas*
 inter somniuz audisse se voces credidit nū-
 ciantes futurū: vt proxima die in ea vbe
 cenaret. Letus igit̄ p inde ac diuinitus p-
 missa victoria exercitū pugne disponebat.
 In qua inter siculos z penos orta dissensio-
 ne castris ei: *Syracusani* subita irruptio-
 ne oppressis ipsum ducem intra menta per-
 traxerunt. Ita magis spe q̄ somno dece-
 ptus cenauit *Syracusis* captiuus.

C Non habebis deos alienos.

O Et auī q; peccāt ptra illud pceptum
 sunt qui volūt diuinare de futuris
 absq; demonū inuocatione. Sed oc-
 culte se demon ingerit illis. Et sunt ibi mul-
 te species. Primo si q̄s vult scire futura ex
 cōsideratiōe motus z situs siderū: z vocā-
 tur geneatici: z dicuntur etiam astrologi.
 Geneatici ho dicunt̄ ppter nataliū consi-
 derationes diez. De illis *di.* *xxvj.* *q.* *iiij.* *c.*
 Igit̄ genus. Ubi dicit̄. Geneatici appella-
 ti sunt ppter natalicioz cōsideratiōē die-
 rum. *Geneſes* em̄ hoīm p duodecim celi si-
 gna describūt *Syderūq;* cursus: nascētium
 mores actus z euētus p̄dicere conantur. i.
 quali signo fuerit nat̄ aut quē effectum ha-
 beat vite q; nascit̄ interpretant̄. Ibi sunt qui
 vulgo mathematici dicūt̄. Cui⁹ sup̄stitio-
 nis gen⁹: cōstellatiōes latini vocant. i. na-
 tiones *Syderū*. Quō se habeat cū quīs na-
 scit̄. Primū autē stellarū interpretes magi
 nuncupant̄: sicut de his legitur q; in euāge-
 lio natū ch̄m annunciauerūt. Postea hoc
 noīe soli mathematici dicti sunt. Cuius ar-
 tis sc̄ia neq; ad ch̄m fuit p̄cessa: vt *Christo*
 edito nemo exinde natiuitatē alicui⁹ de ce-
 lo interpretet̄. *Horoscopi* dicti sunt: q; horas
 natiuitatis hoīm speculant̄. *Hec* ibi *Aug.*
in *li.* de natura hoīm z demonū. Unde *di*

cit idēz Aug. li. iiii. cōf. Illos planetari-
os q̄s mathematicos vocat p̄sulere nō de-
sisteb̄. ¶ Cōclusio. Prima. Nulla constel-
latio in celo: in hoīs natiuitate cōsiderāda
q̄tū ad homīs viciū vel virtutē: est simplr
metuēda. Probat: q̄ dī Hieremie. x. A si-
gnis celi nolite metuere: sicut gētes faciūt
Ideo dīc̄ L̄hyf. sup̄ Ath. Si hō est adul-
ter aut homicida propter stellā: magna est
iniquitas stelle: maior qui illā creauit. An-
de dñs q̄n posuit stellas in firmamēto: nō
dixit. St̄t lūnaria in firmamento celi: vt
habeāt p̄tētem sup̄ nascētes furandī: adul-
terādī: occidēdi z sic de alijs. Sed qd̄ ait.
Et sint in signa t̄pa dies z annos vt luce-
ant in firmamento celi. Iob̄tūs Grego. in
omel. sup̄ Ath. ponit exēpluz de Jacob
z Esau: q̄ i eadē hora sub vna cōstellatiōe
sunt nati: tñ vnus bonus fuit: alter malus.
Itē rex z rustic⁹ vna hora nascuntur: z tñ
rex succedit in regno p̄fī: z nō rustic⁹. Itēz
q̄ in aq̄rio nascit: piscator erit. Dicunt qui-
dam. Quid tñc de getulia terra q̄ piscato-
res nō habz. Ideo dīc̄ ps̄. Ego cognoui q̄
magn⁹ est dñs deus n̄f̄ p̄e omnibus dijs.
¶ Dia q̄cunqz voluit fecit in celo z in terra
z in om̄ib⁹ abyssis. Educens nubes ab ex-
tremo terre: fulgura in pluuias fecit. Edu-
cens ventos de thesauris suis. Item fecit
celū i intellectu. Fecit luminaria magna.
Solem in potestātē diei. Lunā z stellas in
potestātē noctis. vñ Latho. Ath̄te archa-
na dei celū inq̄rere qd̄ sit. Qd̄ statuit de te
sine te deliberet ipse. Itē Sualter⁹ i alex-
andreide. Fata regūt stellas z q̄s ab ori-
gine cursus. Que loca q̄s motus vel quid
portendere magnus. Ille fator rerū dedit.
hoc certo ordine seruant. Nec quicqz mu-
tare queūt de mēte pfunda quicqz ab eter-
no fūiderit illa futurū. Sed terre incūbēs
extēdit littora thetis Surgitis augmento
seu tellus obruat vbes. Concursum latez
seu morbid⁹ influat aer. Seu tenebris fusc-
care diem seu cornua lune. Caligare velit
seu tardī⁹ ire galerum. Om̄ia descendunt
a summo culmine rex. Quo nisi cōsulto ni-
hil est q̄ sydera possunt. Hec ille. Confun-
datur ergo stulticia mathematicorū qui-
bus non mulier rixosa loquacitas: sed soli

da scripture veritas opponit. vt dicit Frā-
ciscus petrarcha libro. j. c. liij. Mathematici
(inquit discipulus) mihi leta p̄nūciant.
Respondet. Miseri hoīes futura sola qui
nouerint p̄teritorū atqz p̄sentium ignas-
ri z que in celo fūit ita nūciant quasi con-
silio celestīū interfuerint recentiqz nunc in-
de veniant: memoria cum tamen interim
quid in terris: quid in patria: quid in do-
mo: qd̄ in thalamo suo fiant nesciant. Sic
penitus verum est. Cum caput talium le-
git quod est ante pedes nemo spectat. Ce-
li scrutant plagas. Hec ille. Unde ad quē-
dam fatidicum quedam muliercula acces-
sit nocturno tempore lucescentibus stellis
dicens. Magister nunc surgite quatenus
meo nato recenter fata dicatis: quia celū
clarefcit. Lunqz ille repente surgeret: of-
fendit tibiam suam ad scamnuz. Et ille do-
lorem tibie cum clamore z gemitu ostē-
dit. Hec audiens mulier: magistrum deris-
sit dicens. Mirum est quomodo poteritis
ea videre que in celis sunt: cum non cerni-
tis ea que circa pedes v̄fos sunt. Ex illo se-
quit q̄ false loquuntur illi qui dicunt. Hoc
est sibi innatū vt fures aut occidat: vel na-
tus est in tali tpe q̄ erit dānat⁹ vel sile: aut
erit ibi guerra vel pax in tali loco aut tali
tpe: q̄ ipsa dependent directe ab hoīs vo-
luntate z libero arbitrio: sup̄ qd̄ celi z stel-
le nullam h̄nt causalitatē: q̄ intellect⁹ non
est corpus aut virtus in corpe: vt ps̄. iij. de
ania. Nullū aut corpus pōt aliqd̄ imprime-
re in rem incorporeā. Celū est quoddā cor-
pus z aīa incorporea z c̄. Hoc em̄ esset pone-
re intellectū nō differre a sensu: qd̄ Aristot-
eles in. iij. de anima imponit his qui dice-
bāt. Talis est intellectus in terrenis homi-
nibus: qualē in die inducit p̄f̄ viroz. ideoz
id est sol. Velle q̄ diuinare de his q̄ depen-
dent ex libero arbitrio: est valde sup̄stitio-
sum. Et sic operatio demonis se immiscet.
¶ Sc̄da cōclusio: quīs hō nō suscipiat di-
recte influxum stellaz fm̄ potētias intelle-
ctuales: suscipit tñ celi influxum atqz domi-
nium fm̄ vires corpales. Probat. Non so-
lum corpa n̄ra: verū etiā corpa inanimata
fortiunt aliquā virtutē sup̄ celestē: sicut ma-
gnes attrahit ferrum: non ex aliqua effica

Preceptum primum

Ecia qualitatis actiue vel passiue elementi: sed per impSSIONem corporis celestis. Sic similiter multi lapides et herbe quasdam virtutes et efficacias habent respectu aliorum effectuum et operatione corporaliu: quas alij lapides non habent et herbe propter diuersam impSSIONem constellationis alij cuius vnus homo habet aliquas efficaciam et virtute: quam alius non habet propter diuersam constellationem. Sic vnus medicus in sanando: vnus agricola in plantando: vnus miles in expugnando et alij. Quatum ad electionem illorum actuum omnes sunt pares: sed quantum ad executionem vnus est magis fortunatus alio propter celi influxum sicut enim est in actibus virtuosis: sic etiam est in actibus viciosis. Hec tamen virtutes impressere hominem non necessitant ad virtutes et ad vicia: sed bene inclinant. Et qui natus in Saturno: inclinatus est ad auariciam: sub venere ad luxuriam: sub sole ad dominium: sub marte ad bellam: sub luna ad fallaciam. Sequitur corollarie: quod astrologi aliqui vera pronuntiant sicut quod dicit sanctus Thomas secunda secunde. q. ix. arti. v. in responsione ad primum argumentum. Dicit quod astrologi ex consideratione astroz aliqui vera pronuntiant. Quod contingit dupliciter. Primo quia plures homines passiones corporales sequuntur. Ideo actus eorum disponuntur: ut in pluribus sicut inclinationem celestium corporum. Pauci autem sunt. id est soli sapientes: qui ratione homini inclinationis moderentur: et precipue in pluribus euentibus que dependent ex multitudine. Alio modo propter demones se immiscetes. vnde Aug. super Genesim ad litteram. Fatendum est quoniam a mathematicis vera dicuntur: ex instinctu quidam occultissimo dici: que nescientes humane mentes patiuntur: quod cum ad decipiendos homines sit spirituum imudorum et seductorum operatione. Sequitur. Quapropter bono christiano siue mathematici siue quilibet impie diuinitum et maxie dicentes vera cauendi sunt: ne consortio demoniorum animam christianam pacto quidam societatis irretiant. Tertio sequitur quod licitum est iudicium astroz obseruare ad vicialium punctionem: quia ad immutanda inferiora corpora virtus astroz se extendit puta ad serenitatem tempestatem sanitatem et infir-

mitatem: corporis vbertatem et sterilitatem fructuum. Si quis vtitur iudicio astroz in illis sine aliqua superstitione admixta: non peccat: sicut Thales milesius fecit: qui fuit vnus de septem sapientibus: de quibus dicitur in vita philosophorum de quodam philosopho qui vidit in stellis magnam caritiam olei esse venturam: et emit omne oleum. Et sic anno sequenti quando defecit oleum solus vendidit: et sic ditatus est. Non enim puto esse maius peccatum vti sic iudicio astroz quam obseruare certum tempus solis et lune in seminando: nautas vitare nauigationes in plethunio: et medicos suare dies circa egritudines ceticas. Hanc esse dicere omnes tales peccare. Tertia conclusio: certius iudicium habetur de hominis complexionem: quam de hominis nascentis constellationem. Probatur per Aug. lib. v. de ciuitate dei. c. xxxij. quod equalitas euentuum ex duobus gemellis non est reducenda in corpora celestia: sed in vniiformitatem complexionis. Quod probatur ex dictis Ciceronis: qui dixit yprocratem nobilissimum medicum in scripto reliquisse duos fratres ita conformiter affici: ut simul egrotare inciperent et aggrauari simul et alleuari. Cum causam tante conformitatis quererent. Respondit quidam astrologus causam esse constellationem in qua nati simul fuerunt. Et quidam medicus dixit causam esse vniiformitatem complexionis et nutrimenti. Dicit Aug. ibidem quod multo acceptior fuit responsio medici quam astrologi: quia medicus assignabat causam immediatam et propinquam: scilicet vniiformitatem complexionis. Astrologus vero causam remotam scilicet constellationem sic ex complexionem. Et ex physiognomia physiognomistam Aristoteles in libro de physiognomia per signa que non necessitant: sed inclinatum ostendunt ad aliam vicia. Ideo dicit idem in libro de pbleumatu: quod omnis cauius naturaliter est luxuriosus: os magnum voracem signat: nares acute antierius iracundum hominem ostendunt: cum ima narium solida sunt et rotunda forte et magnum signat quasi leones: nasus aquilinus liberalem signat. Labia magna et pendencia clamorosum et ad ferendum iniuriam debile: et tales sunt canini. Oculi magni et cremantes voracem.

A Parui oculi sine fide et iusticia hoem esse signat etc. Talia signa non necessitant: ut frequenter imo pro contraria consuetudine homo trahitur a talibus vicijis. Exemplum ponit Aristoteles, quod discipuli ypocratis pictura eius portauerunt ad philomonem: qui dixit quod homo iste cuius est hec imago est vir luxuriosus. Illis autem indignantibus retulerunt ypocrati: qui dixit philomonem indicasse verum: sed amore philosophie et honestatis dixit se concubinas vincere et vicisse. Sed dubitatur: quod est de stellis que comete vocantur: que sunt frequenter presagium alicuius mali. Respondet Liconis quod sicut natura inferius facit lapidem in tenebris lucentem: sic carbunculum sine eius inflammatione. Ita suo modo nihil prohibet pro astra formari aliquid mixtum lucidum ex materia subtili et leui in regione superioris aeris et illud est cometa. Secundo respondet Aristoteles, dicens quod cometa est exaltatio calida et sicca ex corporibus terrestribus hic eleuata et illic superioribus inflamata: hec opinio est magister conuenerunt de his que apparent, ut patet in Metheorico. Tertio respondet Johannes Damascenus, dicens quod illi comete que quandoque apparent sunt a deo miraculose in celo maxime aere facte ad presignandum mortem principum: ut sic territi se emendent: et post expletum ministerium a deo miraculose destruantur. Hec opinio magis conuenit ortui illius stelle que tribus magis apparuit tempore natiuitatis christi. Et dico notanter quantum ad modum factiois et significationis: quia comete sunt pro philosophis et astronomos sunt signa: et signant mortem regum. Illa autem significabant ortum regis regum. Ille signant guerras et discordias hominum. Illa autem erat stella pacis et reconciliationis celestium et terrestrium. Illa signant ventosam commotionem illa signat amarosam placationem. Ergo non fuit cometa. **Quarta conclusio.** Per solum respectum ad statum causarum agentium nullum habet certum de futuris iudicium. Probatur: nam ad hoc ut ex signis casualibus fiat iudicium certum: tria requiruntur. Primo ut sciat sufficienter illorum signorum virtus et status respectu inuicem quod non est possibile naturaliter secundum illud Sapientie. ix. Que in prospectu sunt meminimus cum labore: que in celis sunt: que inuestigabit: quasi dicat nullus. Secundo requiritur

quod cognoscat modus applicatiois talium signorum et causarum ad determinatam naturam: sed talis modus sciri non potest nec ubi magis vel minus aut melius applicetur vel peius. Tertio requiritur quod presciant materie vel passive dispositionem utrum sit apta vel inepta respectu actionis vel influentie talium causarum verbi gratia. Quis medicus sciat quod medicina est laxatiua quantum de se et sciat cum hoc quod applicet forti adhuc nescit exinde futurum esse an talis effectus sequatur vel contra: si nescit qualiter corpus fortis sit complexiois in intrinsece. Ita est a fortiori in astrologo. Scit enim regionem aliquam esse dispositam ad pluuia: que tamen impulsu ventorum impeditur a pluuia. Ita est sententia Ptolomei in centilogio suo. propositione. viii. et xvii. Sequitur ergo quod si reges et principes habent apud se astronomos: hoc est magis ad locum et solatium: sicut habent fatuos et mimos et ioculatores: et nequaquam ut talium iudicijis confidant: aut in agendis sequantur pro republica: relicto consilio virorum prudentium et expertorum. Hec unquam profecerunt gubernatores reipublice: qui talibus inniti consueverunt: ut ex historiis colligi potest. **Quinta conclusio.** Sicut contingit hominem ex constellatione ad bonum vel malum esse inclinatum: sic etiam ex eadem constellatione contingit eundem esse bene vel male fortunatum. Fortuna bona dicitur quando alicui euenit aliquid bonum preter suam intentionem. Sed potest aliquid bonum vel malum alicui euenire preter intentionem suam: quod tamen non euenit preter intentionem superioris cause: cui subijcitur. Cum igitur homo in suis electionibus et ex suis actibus que elegit ex libero arbitrio subijcitur plene ipsi deo: quantum ad inclinationem: et ipsis angelis quantum ad intellectus illuminationem: et celestibus corporibus quantum ad corporis dispositionem. Sed cum homo ex diuina operatioe inclinatur ad aliquod bonum agendum et eligendum sibi utile: et ex angelica illuminatione illustratur ad illud bonum persequendum et ex corporum celestium impressione disponitur: ut illud bonum sibi utile operetur cuius tamen utilitatem ipse ignorat. Tunc dicitur bene fortunatus cum hoc ex corporum celestium impressione homo consequitur in sua natiuitate. Ideo plus dicitur quod esse bene fortunatum est esse

Preceptum primum

Bene natū et eē male fortunatū est eē male natū. Sed tales dispositiōes derelictē vel inclinatioēs in corpib⁹ ex ipsis cōstellationibus non necessitant sed inclinant. Ergo possumus agere cōtrariū. Hec sic inclinā quis ad malū agendū: qn̄ semp̄ possit agere cōtrariū. Si ergo intelligam⁹ per bonā vel malā fortunaz inclinationes q̄ nos inclinant ad bonū vel malū verū est hoīem esse bene vel male fortunatū. Si autē intelligamus tales dispositiōes nos ad malum necessitates oīno est negandū hoīem esse bene vel male fortunatū. Ponēdo casum. Si quis esset in cōstellatione fortunat⁹ necessario vt submergeret: si q̄s talē ad ignē p̄iceret nō cōbureret: nō necessitat cōstellatio ad submergendū. Si autē nō videretur esset nouū miraculū triū puerorū. **S**cdi sunt qui diuinare volūt sine manifesta demonū inuocatione et dicunt aruspices, de quibus. xxvj. q. iij. c. Igitur genus. **H**ic dicitur. Aruspices dicunt ideo quasi horarū inspectores. Dies em̄ et horas in agendis negocijs operibusq; custodiunt quid per singula tpa debeat obseruare homo. **H**ec ibi. Contra quos ap̄tus ad Galath. iij. dicit. Dies obseruatis et menses et tempora et annos. Timeo autē ne forte sine causa laborauerim in vobis. vbi glosa. Dies obseruans vt qui dicit. Hoc die non est incipiendum. Menses autē colunt q̄ cursus lune p̄scrutantes dicunt: in tali luna nō est aliqd̄ inchoandū. De quibus dicitur. xxvj. q. v. Non licet ch̄ianis tenere traditiones gentilium et obseruare vel colere elemēta aut lune aut stellarū cursus aut inanē signorū fallaciam pro domo faciēda. Vel p̄pter segetes vel arbores plātandos vel coniugia socianda. Scriptū est em̄. Om̄ia quecunq; facitis in verbo: aut in ope: oīa in nomine dñi nostri iesu ch̄ri facite gr̄as agētes deo. **H**ec ibi. Cum igit̄ cōsulant: qn̄ est bonum contrahere matrimoniū. Quibus respondit: qn̄ vir accepit bonā et deuotā mulierē. Et tūc bonū est accipere virū: qn̄ mulier sapientē et iustum accipit virū. Quādo autē accipit peccatorē et luforē: tūc malū est accipere virum. Sic pariformiter quādo q̄s mutat domū si transfert se de domo anti-

qua ad domū nouaz: tūc mutare domum est bonum. **D**icit Sobelinus in chronica sua: q̄ ex plagis egypti est q̄ quidam dies dicitur egyptiaci: quorum duos in singulis mensibus notamus ad memoriā trā. Non em̄ credendum est: vt dicit Isidorus licet egyptij astroz periti: dephenderunt hos dies nefastos in inchoatione opis itineris vel minutionis: sed trā ad memoriā sunt vocati. Et sic forte egyptij vocauerunt hos dies: vt videt̄ ex dictis Isido. et p̄sertim illos dies: in quibus plage facte sunt. Quod si ita est sequit̄ q̄ p̄ vnū annuz ad minus his plagis verati sunt. Contra hos etiam peccatis quidam rustici: qui ex dispositione vnus diei vel certorū dieruz totius anni statum scire volunt: vel ex specie verm̄is q̄ crescit in pomo quercus hoc scire volunt: que magis sunt signa precedentis anni q̄ sequentis. Taliter fuit quidam frater ordinis nostri deceptus: qui tenuit istas cōsiderationes et prenosticās serenitatē multoz annoz et diez ex dispositione vnus diei. Frater cōfidens de sua p̄nosticatione incepit ire per longum iter et sefellit eū suū faticinū et secuta fuit pluuia et tempestas magna per omnes istos dies. Nō tamen rephendunt̄ seminatores et lignoz incissores: q̄a luna est mater oīm humiditatū. Si ḡ secarēt ligna in plenilunio corroderentur a vermibus. Hec nauigatores: q̄a luna per suū motuz causat fluxum maris et ventū. Hec medici obseruantes signa. **U**n̄ dicit ypocras in p̄ncipio prenosticorū dicēs. Est q̄ddā sidus i quo oportet medicū puidere. **L**ut⁹ puidencia mirabilis est et stupēda. Et **B**alien⁹ in cōmento de dieb⁹ creticis dicit. Certā rem q̄ nō fallit attēdat medic⁹: quam docuerūt astrologi egyptioz: q̄ p̄ p̄iunctionē corpis lunar̄s cū stellis fortunat̄s sūt egritudines terminabiles ad bonū cū p̄trarijs ho p̄trarie. **H**ec ille. Et oēs alij obp̄uātes dies et horas et menses grauiter peccant. vtz. xxvj. q. vlti. c. Non obseruetis dies q̄ dicunt̄ egyptiaci aut kalendas Ianuarij. In quibus cātillene q̄dam et comessatioēs et adinuicē donaria donant: q̄si in principio anni boni fati augurio: aut aliqs mēses et tēpa aut dies

z annos z lune z mensis soisq; cursum: q̄a qui has z quascūq; diuinationes z fata z auguria obseruat aut attendit aut cōsentit obseruantibus inutiliter z sine causa: z magis ad sui damnationem q̄ ad suam salutem tendit. Et ibidem. c. Quis existimaret q̄ magnū pctm̄ sit dies obsuare z menses z annos z tpa: sicut obseruant q̄ certis dieb; siue mētib; siue annis volunt vel nolunt aliqd̄ inchoare: eo q̄ fm̄ vanas doctrinas hoīm fausta vel infauista existimēt tēpora nisi hui; mali magnitudinē ex timore ap̄i p̄saremus qui talibus ait. Timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis. Sequit̄. Intellige lector: ad tantū periculum anie p̄tinere sup̄stitiosas tēporū obseruationes: vt dicat ap̄ls. Timeo ne forte zc. Hec ibidem. Tertio vocantur augures de quib; xxvi. q. iij. c. Igitur genus. Augures sunt q̄ volatus auū z voces intendūt aliq; signa rerū: vel obseruationes improuisas hominib; occurrētes ferunt. Idez z auspices. Sequit̄. Duo autē genera auspicioz sunt. Anū ad oculos: alterū ad aures pertinet. Ad oculos. s. volatus. Ad aures vox auū. Hec ibi. De his Deute. xviij. ca. Non sit in te q̄ auguria obseruet. Primum est q̄ pertinet ad oculos: vt q̄n armigeri vident coruū volantem sperant consequi victoriam aut signū zc. De quibus dicit Petrus blesen. in ep̄la. lxxv. scribens ad quendam amicū suū dicens. Non te inuoluas illoz errorū: qui occursum leporis timent: qui multerem sparsis crinib;: qui hominez orbatum oculis: aut mutilatū pede: aut cullatū h̄re obuiam detestant: qui de locūdo gloriānt̄ auspicio: si lup; eis occurrauerit: qui colūbam si sinistra in dextram auis sancti Martini volauerit: si igr̄essu suo remotum audierit: si hoīm gibbosum habuerit aut leprosum. Hec ille. Formidant em̄ tales occursum leporis. Mallem ego quod mihi occurreret lepus q̄ lupus: q̄a de lepore comedere possem non de lupo: nisi q̄stū ad pellem tantū preferē lupus lepori. Tales em̄ gaudent z letant̄ si occurrit eis metrix: sed dolent z timent si monachus q̄ est minister dei. Ergo dolent cum ipsi sunt serui diaboli. De illis dicit Aug; lib. v. de

doctrina ch̄riana: q̄ formidāda sunt pacta cū demonib;: ad que p̄tinent milia in amissarū obseruationū: puta si in mēbris aliqd̄ salierit: si iunctim ambulanti; amicis lupus aut canis aut puer medius iteruenerit. Tales etiā sunt q̄ credunt si possunt habere pollicem furis quem ponūt ad ceruiciā: q̄ tunc bene possunt vendere ceruiciā. Etiā si mures vestimēta corrodunt. Sic q̄dam interrogauit sapientē quendam. Quale omen est: q̄ sorices corroserunt caligas suas: Respōdit. Ne mireris: si sorices corroserunt caligas: sed bñ esset mix: si calige corrosissent sorices. Secūdū genus est ad aures quo ad voces auū: vt dū noctua clamat sup̄ domū: credunt hoīm inde moriturū. Si pica clamat: p̄noscant aduentum hospitem. Si cucul; clamat: q̄t voces format: tot annos vite p̄signat. An̄ q̄dam mulier obseruabat augurium cuculi: que infirmabat̄ grauer nolens cōfiteri. Sacerdos interrāgās cur p̄fiteri nollet: dixit q̄ cucul; ei in suo clamore assignauerat vīginti annos. Que mox moriebat̄: z dānata fuit. Sile recitat Cesarius de q̄daz monacho: cui cuculus suis vocib; xxx. annos vite assignauit. Qui ab ordine suo apostatauit: dicens in corde suo. In vltimis duobus annis reuertar z agam p̄niam: nunc volo gaudere in mundo. Qui mortuus est i apostasia post spaciū annoz duoz. Sed notandum est q̄ dicit sanctus Thomas secūda secūde. q. xcvi. arti. vij. q̄ garritus aut um: vel quecunq; dispositiones in rebus cōsiderate manifestum est q̄ non sunt cause futurorum euentuum: v̄ vnde ex eis futura cognosci possint: sicut ex causis. Relinquitur ergo iam: q̄ si ex eis aliqua futura cognoscantur: hoc erit inquantū sunt effectus aliquarum causarum. Causa em̄ operationum brutoz animalium z instinctus ex triplici causa potest p̄cedere. Uno modo ex causa corporali: cū bruta animalia non habēt nisi sensitiuā aiām: cui; oēs potētie sunt actus corporaliū organoz: z subiacet eoz anīa dispositioni corporū celestium z aeris cōtinentis: ex qua veniūt aliq̄ futuri euentus. In hoc tñ duo cōsiderare oportet. Primum vt h̄mōi operationes non

Preceptum primum

Extendant nisi ad cognoscenda futura: q̄ cau-
sant p̄ mot^o celestiu corporoꝝ. Scdo vt non
extendant nisi ad ea q̄ aliq̄liter possunt ad
h̄mōi aialia ptinere: consequunt̄ em̄ p̄ cor-
pora celestia quēdā naturalē instinctū ad
ea que eoꝝ vite sunt necessaria. Sicut sunt
imutationes q̄ fiunt p̄ pluuias ⁊ ventos ⁊
h̄mōi. Scdo causat̄ iste instinctus ex deo:
vt patet in colūba q̄ descendit sup̄ ch̄m: ⁊
coꝝuo q̄ pauit heli: ⁊ de apibus plurimis
in quodam p̄ho. s. Platone: q̄ dum infans
iaceret in cunabulis: apes mel labris pue-
ri inferebant: singularē eius dulcedinē fu-
turam p̄signātes. Siste legim^o de brō Am-
brofio. Itē de sancto Fabiano legimus: q̄
sup̄ caput ei^o descēdit colūba de celo: p̄-
signans eius miraculosam electionem in
summū p̄tifficē. Itē de duab^o aquilis ale-
xādri magni: que vt fertur in die natiuita-
tis eius tota die supra culmē dom^o patris
eius sederunt. Qd̄ omen fm̄ augures du-
plicis imperij europe asięq̄ preferentes, et
sic de pluribus alijs: fm̄ qd̄ narrat̄ in poli-
craticon lib. i. cap. xij. Velle diuinare illis
S duob^o modis in aubus non est pctm̄. Ter-
tio venit talis instinctus ex demonib^o qui
vtunt̄ h̄mōi operationib^o brutoꝝ aialium
ad implicandas anias vantis opinionibus
talis est sup̄stitiosa ⁊ illicita. Tales debet
expelli ab ecclesia: vt ptz. xxvj. q. iij. ca. Si
quis clericus vel monachus vel secularis
diuinationē vel auguria crediderit obser-
uanda. Sequit̄ ibidē. ab ecclie cōione pel-
latur. Idem ibidē. c. cōtra idoloꝝ. ⁊ c. au-
gurijs. Quarta vocant̄ chyromāticī: ⁊ di-
cunt̄ a chyros qd̄ est man^o ⁊ mancos diui-
natio q̄si diuinationo manū. Tales ex p̄tra-
ctione lineaz p̄nosticant infinitas fatuita-
tes: q̄busdā diuināt futuras infirmitates:
aliq̄bus diuitias: aliq̄ib^o eufortuniū aut
diffortuniū. Quinti vōcant̄ incantatores
qui incantant bestias vel hoies: ne a feris
deuorent̄. Vñ quidā sc̄tūs volens ire p̄ cā-
pos vidit diabolū in specie humana custo-
dientē porcos: sc̄ificat^o ab eo q̄snam esset.
R̄ndit: diabolus. Et ille: cur custodis por-
cos? R̄ndit. Incātati sunt a q̄dā vetula. vt
igit̄ eam cōfirmē in sua p̄fidia: volo custo-
dire ne a bestijs deuorent̄.

Non adorabis deos alienos. **S**
unt qui peccant cōtra hoc p̄ceptū
sunt sortilegi. Dicit sanctus Tho.
ubi supra arti. vj. Sortes pprie di-
cuntur cum aliquid fit: vt eius euento cōsi-
derato aliqd̄ occultū innotescat. Si q̄ratur
in iudicio sortiu quid cui sit exhibēdū: siue
illō sit res possessa: siue honor aut actio ali-
qua vocat̄ fors diuisoria: si aut̄ inq̄rat̄ qd̄
agere oporteat vocat̄ p̄sultatoria. **Q**ue-
rit̄ ergo vtrū sortiri seu vti sortib^o sit pctm̄?
Vidēt q̄ non. xxvj. q. ij. c. j. dicit̄. q̄ aut̄ sor-
tes exq̄rere pctm̄ nō sit: exēplis ⁊ auctori-
tatib^o p̄bat̄. Cū em̄ nachoz de anathema-
te furtū subripuisset: ⁊ ob ei^o pctm̄ ppl̄s ce-
sus ap̄d hay terga dedisset: p̄cepit dñs io-
sue: vt sortib^o exq̄reret: q̄ peccante ppl̄s in
manibus hostiuz cadere meruerat. Iosue
preceptum accipiens misit sortes. Primum
sup̄ tribus: deinde sup̄ familias: deinde su-
per personas: ⁊ fors cecidit sup̄ nachoz: q̄
fuit furatus de anathemate. i. de re male-
dicta. vtz Iosue. vij. Sequit̄ ibidē. Saul
q̄z cū pugnasset cōtra philisteos ⁊ iurasset
se interfecituz: quicūq̄ ante solis occasum
de pp̄lo comederet sorte deprehendit filiū
suum. Iona than mel comedisse. Quē cum
morti tradere vellet: pp̄lo supplicāte reuo-
cauit sniam. Jonas q̄z cum a facie dñi fu-
geret: a nautis sorte deprehensus in mari
proiectus: ⁊ a cete sorptus est. De zacha-
ria etiam legitur: q̄ sorte exijt vt incensum
poneret. Mathias vero s̄str a beato Pe-
tro sorte electus est in ap̄statum: ⁊ iude suc-
cessorem. Hoꝝ exemplis probat̄ vti sortib^o
malū nō eē. In p̄trariū dicit̄. xxvj. q.
ij. c. H̄is ita r̄ndēt. q̄ antequā euangeliz
claresceret: multa p̄mittebant̄ que in cor-
pore p̄fectionis penit^o sunt eliminata. Lo-
pula nanq̄ sacerdotalis vel cōsanguineoꝝ
rū nec legali nec euāglica auctoritate nec
ap̄lica p̄hibetur. Ecclesiastica tñ lege pe-
nitus interdicitur. Sic ⁊ sortibus nihil ma-
li inesse mōstratur: prohibetur tamē fidelib^o
bus ne sub hac specie diuinationis ad anti-
quos idolatrie cultus redeant. Idē d̄r̄ ibi-
dem. c. nō statim. et. c. nō exēplo. dicit̄ Be-
da. Non exēplo Mathie vel q̄ Jonas pro-
pheta a sorte deprehensus sit indifferenter

A fortibus est credendum. Cū priuilegia singu-
lorū (vt ait Hiero.) cōem legē oīno facere
nō possunt. Dicendum est ergo q̄ talis deter-
minatio euentus aliqui expectat a fortuna
tūc nullū est viciū si mittant sortes in-
ter hoīes ad determinandū q̄s quā partes
alicui⁹ rei accipiat: q̄s de cōi cōsensu omni-
um cōmittit fortune. Causa tūc motiua pōt
esse pctm̄: vt si propter cupiditatē ppriam
vel aliud viciū non possunt concorditer di-
uidere: vel ex pietate taxilloz: qui plura
vel pauciora pūcta pūctiat: vel ex festiuis
ppositis quis breuiorem vel longiorē acci-
piat. Talis determinatio illi⁹ occulti euen-
tus non est pctm̄. Sc̄do potest fieri q̄ talis
determinatio non solum expectat a fortu-
na: sed etiā a dispositione stellaz: et sic cum
actus stellaz ad hoc se non extendit supsti-
tiosum et illicitum est: et non caret occulto
pacto demonū. Tertio pōt fieri talis deter-
minatio a diabolo sicut legit̄ Ezech. xxi. q̄
rex babilonis stetit in diuio. i. in capite du-
arum viarū cōmittens sagittas: et interro-
gauit idola: et ea cōsuluit: et hoc est illicitū
et a canonib⁹ phibitum. vt patet. xxvj. q.
iij. q̄ aut fortilegi et diuini si cessare nolue-
runt: excōicandi sunt: q̄a est quoddā genus
culture idolorū. Ibidē. ca. sortes, sub ana-
themate prohibet. Et. c. si quis clericus. et
c. cōtra idolorū. Quarto pōt fieri determi-
natio a deo vel sanctis angelis: hoc nō est
illicitum s̄m se si fiat cum reuerentia debi-
ta. Iuxta illud Prouer. xvj. Sortes mittū-
tur in sinū: sed a dño tēperant. Pōt etiā in
hoc q̄drupliciter peccatuz incidere. Primo
si absq̄ vlla necessitate ad sortes recurra-
tur: hoc em̄ videt̄ ad dei tētationem perti-
nere. Vñ Amb. sup̄ Lucāz. Sorte eligitur
q̄s humano iudicio nō comprehendit. Se-
cūdo si quis in necessitate absq̄ reuerētia
sortib⁹ vtat̄: imo cum magna deliberatio-
ne et p̄missa orōne debet fieri exēplo apo-
stolorum in electione Mathie. Act. i. Vñ
de Beda sup̄ actus ap̄loz. et ponit. xxvj.
q. ij. c. Nō exēplo mathie. Si qui tamen in-
quit necessitate aliq̄ cōpulsū deū putāt sor-
tibus exēplo ap̄loz esse cōsulēdū videant
hoc ipsos ap̄los non nisi collecto fratru cē-
tu p̄cibus suis ad deū egisse. Tertio si di-

uina oracula ad terrenā negocia cōicant.
De hoc scribit Aug. ad inquisitiones ianua-
rij. et ponitur. xxvj. q. ij. c. Ibi quid tū. mihi
displicet cōsuetudo si ad negocia secularia
et ad vite huius vanitatez diuina oracula
velle cōuertere. Quarto si in electionibus
ecclesiaz que ex inspiratiōe spūs sancti fie-
ri debent aliqui sortib⁹ vtant̄. Vñ dicit Be-
da sup̄ actus ap̄loz. Mathias ante pen-
tecosten ordinandus sorte querit̄: quia nō-
dum erat plenitudo spiritus sancti in ecclesia
effusa. Septē aut̄ diaconi postea nō sorte:
sed electione discipuloz sunt ordinati: se-
cus autē est in corporalib⁹ dignitatib⁹ qua
ordinant̄ ad terrena disponenda. Ideo in
electione illaz possunt hoīes vti sortibus:
sicut in diuisione rerū temporalium: vt dictū
est. Si nō aliqua necessitas alia ab electio-
ne dignitatis ecclesie imminet: licitum est
cum debita reuerentia sortibus diuinū im-
plorare auxiliū. vñ de Aug. in ep̄la ad Ho-
noratum. Si inter dei ministros sit disce-
ptatio qui eoz tēpore persecutiōis mane-
ant: ne fuga oīm et qui eoz fugiant ne mor-
te oīm ecclesia deseratur. Si hec discepta-
tio aliter nō poterit terminari quātū mihi
videt̄ qui maneant et qui fugiant: sorte eli-
gendi sunt: et hoc modo vsi sunt sortibus
viri sancti in veteri testamento. vt Josue
et Saul. i. Regū. xiiij. et zacharias Luce. i.
et mathias Act. i. Sed qd̄ de iudicio ferri
candentis vel aque bulētis. Videt̄ sc̄tus
Thomas vbi supra arti. iij. dicit̄: q̄ h̄mōi
illicitum est iudicium: q̄ ordinat̄ ad iudicā-
dum occulta: q̄ diuio iudicio reseruat̄.
¶ Sc̄do quia h̄mōi iudiciū non est diuina
auctoritate sancitū: imo pot⁹ phibitū. vt
in decreto stephani pape. ij. q. ij. c. cōsuluit̄.
Ii. vbi d̄. Nā ferri candentis vel aque fer-
uentis examinatiōe s̄z cōfessiōe torq̄ri a q̄-
libet sacri non cessent canones. Sequitur.
Spontanea em̄ cōfessione vel testiū appro-
batione publicata delicto habito pre ocu-
lis dei timore cōmissa sunt regimīni nostro
iudicare: occulta vero et incognita sunt illi
reseruanda: q̄ sol⁹ nouit corda filioz homi-
nū. Sic et de monomachia. ij. q. v. c. mono-
machia. Dicit̄ ibidē. Quis dauid cum go-
lia semel pugnavit: nusq̄ tamen p̄ lege te-

Preceptum Secundum

Enēda diuina sanxit auctoritas. Cū hmōi se-
ctantes deū tentare videant. Itē patet ex
tra de pur. vul. c. significasti. cum sup fur-
ti crimine qdam accusaret coactus est in-
re duellum: in quo alijs pctis suis ppedien-
tibus cecidit: postea furtum apud alios est
inuentum. Ideo talia iudicia scz ferri can-
dentis aque bulientis z monomachie ibi-
dem in hībētur in c. cur suscepi. z in vltimo
dilecti: qā de⁹ in illis tentat. extra de pur-
gatione. c. ex tuaz ne clerici vel monachi.
Et. L. de gladiatoribus. l. vnica.

Explicit primum preceptum.

Incipit secundum preceptum.



Non inuanum

Nassumes nomen dei tui: qđ
exponit Magf senten. libro
iij. dist. xxxiij. dicens. Non
iurabis pro vilo. ¶ Nomen
dei inuanum accipit multipliciter. Primo
qñ ad laudem dei nō ordinatur. Sapi. iij.
¶ Vani sunt offies hoies: in quib⁹ non subest
scientia dei. ¶ Secūdo qñ false z dolose p
nunciat. vt in ps. Vana locuti sunt vnusqđ
qđ ad primum suū. s. verba dolosa in corde
locuti sunt. ¶ Tertio quādo inutilit z sine
fructu agit z cogitat. ps. Dñs scit cogita-
tiones hominū: qm vane sunt. ¶ Quarto
qñ iniuste z neqter affirmat. Job. xi. Vir
vanus in superblam erigitur. Itē ps. Qui
nō accepit inuano asam suam: nec iurauit
in dolo primo suo. ¶ Quinto qñ illud qđ
pmittitur non seruat. ij. Paral. xxiij. Non
vos decipiat Sedechias: neq vana pro-
missione deludat. Istis em̄ modis nomen
dei inuanum assumit. i. cum pctō. Primo
peccant qtra illud pceptū q solenniter pi-
rant: siue hoc sit p nomē hebreū: sicut sunt
decem nomina hebraica spūs dei: vt sunt
Eldonay tetragrāmaton zc. Siue sint no-
mina latina vt deus: vel exprimentia diu-
nā essentia: vt p summā maiestātē aut ve-
ritatē. Contra quos Leui. xix. Nō periur-
rabis in noie meo: nec pollues sanctū no-
men meuz. Quia iurare p deū (fm Aug.)
est deum in testem vocare. Ideo diffiniūt
iuramentū dicentes. Qđ est affirmatio vel
negatio de aliquo sacre rei attestatiōe af-

firmatiua. Est em̄ triplex forma iuramēti
fm tria tēpora. In veteri lege iurabāt sic.
Viuit deus viuit anīa mea. vt. xxij. q. j. Et
iurabant. Viuit dñs. j. Regū. xiiij. In pri-
mitiua ecclesia iurabant sic. Testis est mi-
hi deus. Unde ad Rom. j. Testis est mihi
conscientia mea: hoc dico coram deo. xxij.
q. j. si pctm̄. Hodie vero sic iurat. Sic ad-
iuuet me deus z offies sancti: eleuādo ma-
num in altū cū duob⁹ digitis: in signum qđ
deum vocant in testem z oēs sanctos. Vel
tres cū pollice: in signum qđ vocat in testem
sanctam trinitatē: z habuit forte originem
ex illo qđ scribit Apoc. x. Angelus leuauit
manū in celum: z iurauit per viuentē in se-
cula seculoz. Non erit ampli⁹ tēpus pñe
scz post hanc vitam. Aliqui iurāt p sancta
euangelia: vel ponēdo manus sup reliqas
sanctoz. Aliqui iurant ponēdo manū dex-
teram sup pectus: sic iurant spūales pfo-
ne: in signū qđ iurant per eū quē habent in
corde. i. deum. Vel per veritatem euāgelij
quam habet in pectore. Alij dicūt simplr.
Iuro. z est iuramentū. Hic modus seruat
in vniuersitate bononiē. Aliqui iurant. Si
feci illud: patiar hoc. Hoc eueniat mihi vl
filijs meis. De illo iuramento loquit mgf
senten. li. iij. dist. xxxix. dicens. Est qđdam
genus iuramenti grauissimū: qđ fit p exe-
crationem: vt cuz homo dicit. Si feci illud
hoc contingat mihi vel filijs meis. Illo iu-
ramento cōter hoies vtunt in ira z in fu-
rore. Sic petrus cepit iurare z anathema
tizare. Math. xxvj. Aliqui iurant se velle
veritatē dicere in piculo ase sue: z est iura-
mentū. vt ptz extra de frigid. z malefici. c.
fraternitatē. Judeus ho debens iuramē-
tum facere fm speculū saxonom. debet sta-
re nudis pedibus super cutem porcīnam z
denudare brachium suū ponēdo eundē su-
per librum moysi sic dicendo. Si illud non
est verū qđ dico: fiat mihi sic datan z aby-
ron: qđs terra viuos cōsumpsit. Fiat mihi si
cut sodome z gomorre zc. cuz multis alijs
execrationib⁹ q in illa forma cōtinent. De
illa multiplici forma iurandi loquit glosa.
xxij. q. j. sup capi. iurabāt. z quāto res san-
ctior per quam quis iurat: tanto magis iu-
ramentum est obligatorium. vt patet. xxij.